

*Claudio Beneventum m. p. XI a Capua m. p. XXXII*

6922 [= 6286] cippus quadratus altus m. 1.55, latus m. 1, rep. prope Montesarchium versus S. Martini in contrada Riello ad pontem viae Appiae vicinum, nunc extat Montesarchii in aedibus Nicolai Palombae EGO a. 1845. Iam nel casino di Bartolomeo de Ambrosio DRESSEL.

I M P . C A E S A R  
M · AVRELLIVS · ANTONI  
NVS · PIVS · AVG u STVS  
FELIX · PARTHic MAX  
5 BRITTANNiC MAX  
GERMANICVS · MAX  
PONT · MAX · trib POTEST  
XVII · IMP · iii cOS · IIII · p. C. 214  
P · P · PROcOS  
10 munitiones aluei CONLAB  
SAs CVm substRVCTIO  
NE RESTITVIT et LABE AG  
GERes cADENTes pROCVR  
SVI FLVMINIS red DIDI

Descripsi ego, recognovit Dressel et ectypum vv. 9—14 fecit. Garrucci diss. arch. 1, 80, Ben. p. 40 ad ectypum gypsaceum.

9 o ante s et 10 /N·TIONI// ego olim vidi, hodie desiderantur. Eorum quae supersunt lectio certa est, quamquam multarum litterarum superstitem particulae quaedam desiderantur. — 11 secunda littera mihi in ectypo visa est a esse, Garruccio v; Dresselius eam non habet. — Supplementa ex parte Garruccio debentur, nisi quod is proposuit marginem ripae conlabsum, item postea labe aggeris cedentem, cum vestigia flagitant aut id quod posui labe aggeres cadentes aut labe aggeris cadentes. Ego illud praetuli, cum munitio ipse agger sit nec recte videatur admitti posse labe aggeris munitiones cadere.

6923 inscriptionem pontis Apolosani refecti a. 198 ab impp. Severo et Antonino rettulimus vol. IX n. 2122.

6924 Beneventi posta in opera nella cantonata dell' edifizio detto la congregazione di S. Antonio.

DN & CLAVDio  
IVLiano PIO FELICI  
INVICTO · AVGusto  
BONO reIP NATus  
5 XXI

Recognovit et emendavit Dressel. Garrucci diss. arch. 1, 80, Benev. p. 39 descripsit.

Scriptum fuisse in lapide titulum quem dedimus bis repetitum, scilicet quod via ibi angulum faceret (!), ut .. LA [immo DN] .. | .. O [immo IV] .. | . i ex priore exemplo supersint, reliqua ex altero, Garruccius sibi persuasit neque intellexit quae cernuntur ad eundem titulum omnia pertinere. Id iam confirmavit exemplum Dresseli supra propositum accuratum et plenum, nisi quod extremae versuum litterae in muro latent. — 5 cum numerus plenus sit, lapis ab ipso Claudio Beneventum pervenerit necesse est.

6925 [= 6293a] Beneventi in columna prope domum Horatii de Leone PACCA (B et A) VITA. Hodie in archiepiscopio.

D N FL  
C L A V D I O  
IVLIANO · AVG ·  
PIO · FELICI · INVIC  
5 TO · BONO · REI · P corr. ex DONO Dressel.  
NATVS

Descripsi ego, recognovimus Dressel et ego. Cod. Paccae B itemque schedula adiuncta ad Paccae cod. A; de Vita p. 201 et cl. 4 n. 7 (inde Donat. 151, 4); Garrucci diss. arch. 1, 80 (cf. Ben. p. 39).

## V. VIA PUTEOLIS NEAPOLIM.

Viae Domitiana, quae ab Appia ad Sinuessam divergens secundum litus Puteolos pervenit (vide p. 58 n. VI et p. 183), columnae miliariae nullae supersunt. Via autem Puteolis Neapolim duplex fuit, altera per colles Paesili, altera per Cryptam. Et illius quidem, quae antiquior videtur fuisse et relata est in itinerarium Antoninianum (p. 58 n. VI), miliaria aetatem tulerunt haec quae sequuntur, caput viae facientia non Neapolim, sed Puteolos, cum Soccavi quintus, Antignani octavus, Neapoli ad Portam Regalem undecimus lapis eruderatus sit. — Addo de

viis his quae scribit Scherillo l. c. ad n. 6926: 'da questa colonna e dalle tracce tuttavia visibili e dalle lastre in tutto simili a quelle dell' Appia si rileva, che la strada Antiniana dopo di aver traversato i monti Leucogei (della Solfatara) al trivio della taverna delle rose si divideva in due braccia, uno che in retta linea conduceva per la grotta a Napoli, e l'altro che piegando a sinistra sino al ponte di Fuorigrotta montava dolcemente per la collina di Wenzel (Canzanella), dal quale punto per la Scampia riusciva a Napoli medesima per le Case Puntellate'.

6926 [= 6268] colonna di cipollino, 50 palmi alta, tra il Vomano e la gran montagna di Camaldoli in un casale di una masseria detta la Vaccaria MARINIANA. Giace rovesciata in un podere presso Pianura nelle vicinanze di Pozzuoli ACTA MVSEI NEAP. Soccavi VI m. p. a Puteolis, II m. a Neapoli in fundo ducis Accadiae in angulo aedium rusticarum, loco antiquo, si recte iudicavit SCHERILLO.

V  
I M P · C A E S A R · D I V I  
N E R V A E · F · N E R V A  
T R A I A N V S · A V G V s t u s  
5 G E R M A N I C V S · P o n t i f e x  
M A X I M V S · T R I B u n i c i a  
P O T E S T A T E · V I · I M P · ii p. C. 102  
C O S · III · P A T E R · P A T R I A E  
I N C O H A T A M · A · D I V O · N E R V A  
10 P A T R E · S V O · P E R A G E N D A M  
C V R A V I T

Marinius in schedis (Vat. 9120 f. 333) cum praescriptione: 'mandata al Card. Borgia nell' anno 1795'; acta musei Neapolitani; Iohannes Scherillo dell' aria di Baja al tempo de' Romani Neap. 1844, denuo in commentario grotta di Sejano inserto commentariorum acad. Herculanensis vol. IX p. 350, tertium in libro la venuta dell' apostolo S. Pietro a Napoli p. 226.


4 AVGVS acta. — 6 TRIB.... Marini et acta, TRI.... Scher. — 7 IMP·III acta, IMP·II Scherillo. — 9 in. VIAM addunt acta. — In ed. 2 Scherillius quae desunt explevit).

## VIAE PVBLICAE REGIONVM I. III.

## II. VIA APPIA (p. 682. 992).

ad n. 6823. Pro Papini scr. Rappini.

ad n. 6838. Egregius titulus ne amplius iaceret imperfecte lectus, a me rogatus Dresselius noster Mesam profectus eum invenit (sed quod vix credas in opere positum pro fulcro mensae et propterea perforatum) et ita eum et exceptit et expletivit:



patriciatum. In quo tempore aedilitatem administrarint si quaeris, Publili Claudi Ap. f. duo fuerunt qui consulatum gesserint, alter a. u. c. 505, alter a. 570; at de hoc cogitari non potest, quoniam teste Livio 38, 35 in aedilitate curuli a. 565 collegam habent Ser. Sulpicius Galbam. Priori quominus cippum tribuamus, nihil obstat, favetque ei adeo cum litteratura tam vetusta, ut senatus consultum de Bacchanalibus cippus hic aliquantum praecedere probabile sit, tum quod exemplo adhuc unico inscriptio collocata est in summa parte columnae. — Numeros duplices ego p. 684 ad decennovium revocavi, cui certe recte convenient; nam Appiae miliarium LIII decennovii fuit X, neque quicquam opinor impedit, quominus etiam ea pars Appiae strata sit ante bellum Hannibalicum. Blancherius autem lapidem iudicat stetisse ibi ubi via a Priverno veniens in Appiam incidit, scilicet ut hoc indicet LIII m. p. Romam iri, X m. p. Privernum. Unde proprie prodierit cum ignoretur, certum de numeris iudicium ferri vix potest.

ad n. 6839. 6840. Refert Donius cod. Neap. p. 63 non separatam, sed continuam neque, ut in ed. legitur, ex schedis Vaticanis sumptam, sed descriptam a Nicolao Haut-Buisson. Collocatur Tarracinae ante cathedram ecclesiam D. Caesarei. Varia lectio est: 6839, 6. 7 coniunguntur — 8 PONTIFEX — 11 SILICES-SVA — 12 STRAVIT] RESTITUIT — 6840, 1 FFF-CCC — 4. 5 SEMPER AV|GGG.

ad n. 6844. Blancherius, qui vidit Trepontii, legit sic:

D N  
I O B I A  
N O S E M  
P E R  
A V G

ad n. 6845. Blancherius exceptit sic:

\$ · BONO · REIP  
NATO

ad n. 6849. Referuntur numeri hi in tabulis musei Florentini duabus n. 405 Balth. Peruzzi, ubi adsunt a XXX ad CXX, et n. 1210 Antonii Sangallo, ubi adsunt a X ad CXX.

Addit Dresselius: '2 in. praeomenum diductum requiritur, quale est M. vel Q. — Nominis quarta littera dubia est, sed fuit aut R aut F. — 3 vocabuli AIDIL tres primae litterae certae sunt, item hasta sequens certa et ex quinta hasta; ductus qui cernitur inter quartam et quintam casu videtur accessisse. — 4 litterae duae quae supersunt non integrae, nihilominus certissimae sunt. — Numeri incisi sunt in lateribus columnae et VIII quidem ad caput, X ad pedem.' — Quod primum aperuit titulus miliarius repertus inter Falarios et Cures Nazzani (vol. I n. 633): *P. Menates P. f. aid. pl. [m. p.] XXX*, confirmavit deinde alter repertus ad septimum lapidem viae Latinae (vol. VI n. 1324): *Varro Murena, L. Trebellius aed. cur. [c. a. u. c. 725] locum dederunt*, etiam extra urbem Romam aedilium partes quasdam fuisse viasque suburbanas ab iis potius quam a consulibus curatas esse, hoc insigni monumento denuo stabilitur. Curules aediles hos fuisse necesse est propter

ad n. 6854. Pettius quidam in codice bibl. Pisaurensis Oliveriana n. 66 f. 14' titulum, sumptum nescio unde, fortasse ex Gavotianis, errore collocavit 'in agro Tudertino sub villula Monticelli', intellegens vicum eius nominis prope oppidum Massa Martana. Inde sumpserunt autores alii Tudertini Andr. Giovannelli (1742) in cod. bibl. Pisaurensis Oliveriana n. 67 p. 102; Passionei ant. Tudert. ms. n. 31; Laurentius Leonij *memorie storiche di Todi* (Todi 1860) n. 32.

ad n. 6959. 6960. Nuper illatas esse in museum Reginum nuntiat A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 23 Nov. 1882.

ad n. 6867. Pro Pontezitto scr. Ponteritto.

8419 basis rep. Minturnis prope amphitheatrum.

BONO  
REI PVBLICAE  
NATO

Franc. Riccardelli in actis Casertanis 1882 p. 114.

Miliarium esse cum hunc titulum tum n. 6080 et n. 6222, fortasse etiam n. 3841 licet quadratae basi inscriptos docuit n. 6845. Steterunt omnes ad Appiam. Id ipsum num item perveniat ad similes n. 1419. 1248. 1678. 6957. 6958, parum liquet.

## V. VIA PVTEOLIS NEAPOLIM (p. 702).

ad n. 6926. Pro Vomano scr. Vomero.

## VIII. CAPVA REGIVM (p. 707).

ad n. 6950. Exemplum quod est in codice Vaticano 6038 f. 19 non a Metello venit, sed annum habet adscriptum a tergo 1567 missumque esse Antonio Augustino a Latino Latinio ex illius ad hunc epistula scripta post. k. Sept. 1567 (cod. Vatic. 6243 f. 158) intellegitur. Monuit Huelsen.

ad n. 6959. Partis inferioris (nam superior perii) nuper illatae in museum Reginum ectypum misit A. de Lorenzo, qui edidit in ephemeride Regina *la Zagara* 23 Nov. 1882. Duae inscriptiones olim incisae fuerunt, quarum ex superiore hodie v. ultimus solus NATVS superest. Inferior haec est:

DDD NNn  
CRISPO lec*tin*i  
ET CONSTANTINO  
NNNOOOBBB CAESSS

5 M · XX

ad n. 6960. Hanc quoque columnam iam servat museum Reginum, sed in ea hodie non cerni nisi M·XXI ait de Lorenzo l. c. et in epistula ad me me missa.